

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Nobilitas m (2)
cum fonte primo

Sicut indigna posteritas laudes antiqui generis abnegat,
ita preclara de patribus egregie dicta confirmat,
iuxta illud:
Preconia ueterum praesens docuit uena uirtutum.

Nam sicut indigna posteritas laudes antiqui generis abnegat,
ita praecleara de patribus egregie dicta confirmat.
Credutum est de his omne quod legitur, dum
praeconia ueterum praesens docuit uena uirtutum,
in auditorii officina ingeniorum flamma recalente.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.6.5 (CCSL 96,
A.J. Fridh ed., p.102, ll.38-42).

Laudabilis enim uena suam seruat originem et fideliter posteris tradit
que in se gloriosa transmissione promeruit.

Tot igitur originis documenta praemittens credamus bona de nobili:
quia laudabilis uena seruat originem et fideliter posteris tradit,
quae in se gloriosa transmissione promeruit.

Cassiodorus libro III. epistolarum.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.12.3 (CCSL 96,
A.J. Fridh ed., p.107, ll.28-31).